

186

Adhoc studia numidarum iniuriam ac
censa ex quibus si talem uirum dolis interfecisset.
nequa sedicio aut bellum oriret angustius
erat. His difficultatibus circumuentus ubi uidet
neque parium neque insidiis opprimi posse homi
nem tam acceptum popularibus quod erat iugur
tha manu promptus. & appetens gloriae militaris sta
tuit eum obiectare periclis. & eo modo fortunam
temptare. Igitur bello numantino mi cip
sa cum populo. R. equitum atque peditum auxilia
mitteret. sperans. t ostentando uirtutem.
t hostium seuitia facile eum occasurum. perfecit
numidis quos in hispaniam mittebat. Sed ea
res longe aliter ac ratus erat euenit. Nam
iugurtha uterat in pigro atque acri inge
nio ubi naturam scipionis quoniam romanis im
pr erat. & morem hostium cognouit. multo
labore multaque cura. preterea modestissi
me parendo. & sepe obuiam eundo periculis
in tantam claritudinem breui peruenerat. ut
nostris uehementer carus. numantinis maxi
mo terrori esset. Ac sane quod difficillimum
in primis est & pelio strenuus erat. & bonus
consilio. Quorum alterum ex prouidentia timo
rem. alterum ex audacia temeritatem affer
re plerumque solet. Igitur imperator omnes fereres

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltherbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm19472/0192